Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26534
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ignorantia enim quod sit culpa dignum non
sentit. Ignorantia nec quando delin
quit agnoscit. Insipiens assidue peccat.
Indoctus facile decipit. Stultus inuicia
cito delabit. Prudens autem cito deprhen
det insidias. Celeri errores agnoscit.
Noxia nunquam nisi per sapientiam. Scientia
enim a malis abstinet. Sapiens omnia pru
denter examinat. Inter bonum et malum sa
piens intellegendo diiudicat. Summum
bonum est scire quid caueas. Summa mi
seria nescire quo tendas. Diligge igitur sapien
tiam et manifestabitur tibi. Accede ad illam et
adpropinquabit ad te. Assiduus esto illi
et instruet te. Bonum quod audieris die
bonum quod didiceris doce. Discendi et do
cendi ne contempnas studium. Scientiam
quam aure concepis ore effunde. Sapi
entiam cum ceteris impertis et magis hanc
auges. Doctrina quanto ampliu data fu
erit tanto magis abundat. Sapien